

filium · Tu doler super hedera super quam
non laborasti neque fecisti ut crescerel · cū
omnia peripsum facta sint et sine ipso
factum est nihil · Unde quidam locum istū
inter prasiani · ut in imminentem soluerel
questionem incurrit blasphemiam · Ad
sumens enim illud de euangelio · quidme
dicis bonum nemo est bonus nisi solus dē ·
Patrem inter prasiatur est bonum · filium
uero ad comparationem eius qui per se
et bonus et uere bonus sit in minori gradu po
situm · et non considerauit haec dicens
quod in martionis potius incurreret he
resin · qui alterum dm tantum bonum
Alterum infestum iudicem et conditorem ·
quam arrii · qui cum maiorem patrem
et minorem filium praedicet · tamen fi
lium non neget conditorem · Ergo cum
uenia audienda sunt quae dicturi sumus ·
et conatus nostri fauore potius et oratio
nibus ad iuuandi · quam spernendi aure
mali uola · quia carpere et detrahere
uel imperiti possunt · Doctorum autem
hoc est et qui laborantium nouere sudorē ·
uellas si manum porrigere · uel erran
tibus iter ostendere · Dns noster atque
saluator non ita laborauit isti · quomodo
laborauit in gentium populo · Denique isti
loquitur confidenter · Ecce tot annos
seruio tibi et num quam mandatū tuū
praeterii · et num quam dedisti mihi
hedum ut cum amicis meis epularer ·
sed post quam filius tuus hic quidevoravit
substantiam suam cum meretricibus ue
nit · Occidisti illi uitulum saginatum · Nec
tamen confutatur a patre sed clementer
et dicitur · fili tu semper mecum es et om
nia mea tua sunt · Epulare et gaudere
te oportebat quia frater tuus hic mortu
us erat et reuixit, perierat et inuentus
est · Progenitum populo immolatur est
uitulus saginatus · et pretiosus sanguis
effusus · De quo paulus ad hebraeos le
nissime disputat · Et dauid in psalmo:
Frater inquit non redimet redimet homo;
Decreuit xps ut ille crescerel · Iste mor
tuus est · ut ille uiuerel · Hic discendit
ad inferos · ut illos ceelos ascenderet; In
isti uero nullus tantus labor fuit · Un
de et invidet iunori fratri quod post
substantiam cum meretricibus lenomb:
q· productam · recipiat anulum et fiala ·
et polleat pristina dignitate; Quod
autem ait · quae sub una nocte nata est ·
significat tempus ante aduentum xpi ·
qui mundi lumen fuit · De quo dicitur ·
Nox praecessit dies autem appropinquauit · Et u
na nocte perit · quando obcubuit et sol iusti
tie · et diu pdidere sermo ne; Cucurbitam
neue magna arq· pulcherrima · pfigurat ec
clesiā in qua maior ē numerus quā xtribuū
isti · quod et fragmenta in solitudine · signifi
cant

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0241